



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 22. Episcopus Calaguritanus ob suos errores ad perpetuos carceres
damnatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. XXII.

Sæcul. XV.
A.C. 1498.

Episcopus Calaguritanus ob suos errores ad perpetuos carceres damnatus.

Hoc anno mense Julio ad finem ver-
gente ducenti octoginta Mauri secta
Judæi, ac natione Hispani, quos *Mar-*
ranos vocant, solemni cæremonia Ortho-
doxam fidem, ejuratis erroribus suis,
professi sunt; horum conversione fidelium
pietas roborata, ac quodammodo pub-
lica offensio fuit reparata, quam Petrus
de Aranda Calaguritanus Episcopus ac
Pontificiæ domus Magister pertinacia sua
præbebat, sub idem ferme tempus de
Judaismi crimine convictus. Ea de re
mense Septembri dignitate Episcopali,
ac Sacerdotio exauctoratus, Romæ in
castrum S. Angeli conjectus ad perpetuos
carceres damnatus est. Hic istis præci-
pue erroribus erat infectus: Legem Mo-
saicam ab uno tantum principio, Chri-
stianam vero a tribus, scilicet Patre, &
Filio, & Spiritu sancto ortam dicebat:
Christum aiebat passum non esse, si Deus
fuit, ac propterea orando tantum inque-
bat: *Gloria Patri*, nec adjiciebat & *Fi-*
lio, & *Spiritui sancto*; Indulgentias om-
nino rejiciebat, easque ad nihil proficuas,
sed a Pontificibus ad eorum quæstum in-
ven-

Q 5

ven-

Nauclet. vol.
3. general.
50.
Barch. apud
Bzov. anno
1500. n. 15.

Sæcul. XV.
A. C. 1498

ventas assererat: Infernum etiam negavit, nec Purgatorium admisit, sed Paradisum duntaxat; accusabatur etiam, quod nunquam jejunus sacris fuisset operatus, sed semper prandium sumpserit, antequam celebraret, & prohibitis diebus carnes comederit, nec unquam jejunium observaverit.

§, XXIII.

*Successio Patriarcharum Græcorum
Constantinopoli.*

*Zigemat
Turco-
Græcia l. I.
§ 2.*

De Patriarcharum Græcorum Successione nuper memoravimus, Maximum electum fuisse Constantinopolis Patriarcham, qui tamen hoc anno, aut saltem præcedenti ob enorme crimen ipsi objectum sede sua pulsus est. Idem successerat Simeoni, hic vero successus fuit Marco Eugenio, qui ex Patriarchis post captam a Mahomete II. Constantinopolim in hac Sede quintus erat. Demum Maximo a sua Ecclesia ejecto subrogatus est Nyphon Theffalonicensis, uno post anno iterum exauctoratus, eo fine, ut Maximus Serresensis intruderetur, qui sex annis Patriarchatum tenuit: Eo tamen in exilium pulso, Niphon ad suam Ecclesiam revocatus est, quam nonnisi unum annum rexit: talibus enim diffidiis Schismatici continuo scindebantur. Postea